Innocen. tenet ꝙ ſic quia talis habet fructus. c. conſultationibus de iu
re patro. ymmola. conſentit ibidem ratione tali motus ponendo diuerſi
tatem inter creditorem cui impignoratum eſt ius patronatus et ſeque
ſtrum nam creditor non poteſt preſentare aliquem quia ſupereſt vero
dominus qui preſentare habet. ſed ſequeſter pendente lite poteſt/ne ec
cleſia diu vacet quia neutra partium preſentare poteſt ante litem ſopi=
tam facit bona glo. in verbo beneficium in cle. vnica de ſequeſtra. poſſ.
que dicit ſequeſtrū poſſidere iura beneficii et beneficiati et remittit ibi
ad nota. in. c. examinata de iudi. per io. an/ hoſti. tenet contrarium ꝙ ſe
queſter apud quē iuſpatronatus ſequeſtratum eſt lite pendente nō poſ=
ſit preſentare. nam non habet poſſeſſionem iuriſpatronatus. Et arguit
a fortiori cum creditor cui impignoratum eſt ius patronatus non poſ
ſit qui tamen habet poſſeſſionem eiuſdem pignoris igitur ꝛc. Et hoc
tenendo dicitur ad motiuum io. de ymmola. quod non diu vacabit eccle
ſia. Nam poſt quatuor menſes in laycis et ſex in clericis epiſcopus
prouidebit ca. cum propter et capitulo cum autem de iure patronatus
et videtur melior hec opinio quia ſequeſter ſolū cuſtodire debet fructo

vt iſti reſtituat eos qui ſententiam pro ſe reportabit que eſt natura ſequeſtri. ſed ſi preſētet aliquē quomō fructum illum reſtituet. ſecus vbi nulla deberet fieri reſtitutio. c. ex litteris de iure patronatus et. c. cum veniſſent de in integ. reſti. hic articulus ſatis diſputabilis eſt. et notatur i. c. examinata de iudi. vide cle. prealle. de ſequeſtra. poſſ. precipue glo. in verbo reſtituat. vbi dicitur ꝙ ſequeſter limitatā habet poteſtatē de reſtituendis fructibus qui ſupportatis oneribuſ adhuc ſuperſunt ꝙ non poſſit illos in emptionem prediorum pro beneficio vel alias in vtilitatem beneficii conuertere ergo minus videtur poſſe preſentare.

¶ Senſus ſapientis non arbitratur contra iura. vnde quando alter cōtrahentium paciſcitur aliquid facere ad ſenſum ſapientis alter contrahentium tenetur ea facere que de iure fieri debent ſuper illo contractu quia ſapiens arbitrari contra iura non pōt alias ſapiens non eſſet.

¶ Seruitus. eſt conſtitutio iuris gentium qua quis contra ius naturale alieno ſubicitur dominio et quando ſeruitus inducta ſit vide glo. ſuper verbo ſeruum de iude. et ſarra. c. ita quorundam. optimā glo ſuper verbo ſeruitutes diſt. i. ius gentium vbi dicitur inducta per ebrietatem vel preſcripta ſeptennio ſimile habetur. c. ſexto die. xxxv. diſt. vbi dicitur nemo ſciebat a conſorte nature ſue obſequia ſeruitutis exigere quia manebat anteꝙ vinum inueniretur omnibus incuſſa libertas. et non eſſet hodie ſeruitus ſi ebrietas non fuiſſet ꝛc. ſunt autem duplices ſeruitutes ſcꝫ prediales et perſonales.

¶ Seruitus predialis. eſt quedam cōſtitutio qua predium predio ſubiugatur. et ſeruitutes prediales / lex. reales appellat que ſequūtur predia et earum conſtitutio eatenus tenet quatenus expedit prediis / ideſt ad fructus eorum percipiendos.

¶ Seruitutum autem predialium. alie ſunt vrbane alie ſunt ruſtice ſꝫ has quidem ſeruitutes lex dicit eſſe iura communia que libertatis ſunt vnde nota quod ſecundum azo. in ſumma. C. de ſeruitu. et aqueduct. hoc verbum ius in eadem. l. et in eadem voce ſupponit pro ſeruitute. Dictio enim ſemel poſita duas quandoꝙ importat ſignificationes ſcilicet propriā et īpropriā vel vtrāqꝫ. Proprie autem ſecundum diuerſa dicuntur ſeruitutes. Nam ſi non poſſem ex edibus meis exire in agros meos vel peruenire ad viam publicam niſi eundo per agros tuos

vel ortos emi a te licentiam eundi. hec licentia dicitur ſeruitus itineris
quia predium tuum in hoc mihi ſeruit.

¶ Seruitutes ruſtice ſūt que prediis ruſticis debentur veluti iter actuſ
via aqueductus aquehauſtus pecoris appulſus ad aquam / ius paſcendi
calcis coquende / arene fodiende / que tria vltima poſſunt dici nominate
ſeruitutes ruſtice ſed ſuperiora propriis nominibus carent que omnia
require locis ſuis. Nam iter eſt iuſ quo ex ede mea per agros tuos poſ
ſum in vicos publicos exire vel intrare . Sed aquehauſtus eſt vt aquā
haurire poſſum de puteo tuo.

¶ Seruitutes vrbane ſunt que prediis vrbanis debentur ſcꝫ intuitu a
licuius edificii. Nam edificiis inherent velut altius tollendi aut nō tol
lendi ne deficiat luminibus vel proſpectu domus vicini. Item ſtillicidi
um aduertendi vel nō aduertendi in tectum vel in aream vicini vt ſtil
licidium tecti mei cadat in aream vel fundum eius. Item vt liceat im=
mittere vel proicere tignum in parietem vicini. Et nota ꝙ an ſeruitus
ſit vrbana vel ruſtica colligitur ex qualitate predii cui debetur ipſa ſer=
uitus et non ex qualitate ſeruitutis quod patet. nā talis eſt ſeurituſ qua
le eſt predium cui debetur ſi enim ſtillicidia domus mee que vrbanum
predium conuerto in aream tuam que eſt ruſticum predium dicetur
vrbana ſeruitus et econtra. ſi tignum edificii mei cauſa imponendorū
fructuum facci quod eſt predium ruſtium immitto in parietem domuſ
tue dicetur ruſtica ſeruitus etiam ſi domus tua ſit vrbanum predium.
Item nota iuxta primam acceptionem ſeruitutis ꝙ multis modis quiſ
redigitur in ſeruitutē de quibus inſti. de iure perſona ī textu et in glo.
vnde vt liber ſeruus fiat ſunt iſta neceſſaria . Annis . xx . iuuenem qui
venditur eſſe . Rurſus eum ſeruum cui venditur eſſe putare. Et iuue=
nem precium quod velit participare. Et quod ſit liber ſciat hoc qui ven
ditur iſte. Que ſi defuerint ſeruus non cogitur eſſe. Patēt ergo ad hoc
quatuor requiſita. Primo ꝙ ſit annorum viginti . Secundo ꝙ venda=
tur ignoranti conditione libertatis. Tertio ꝙ eo animo vt precii partē
habeat. Quarto quod ſciat ſe liberum de hoc vide glo. in. §. penulti.
inſti. ti. prealle.

¶ Seruus eſt . qui de iure gentium vel ciuili dominio alieno ſub=
icitur in hac enim parte et ius gentium et ius ciuile detraxerunt
iure naturali . Et dicuntur ſerui non a ſeruiendo ſed a ſeruando dicto.

Imperator enim vel princeps captos ab hoſtibus qui ſerui ſunt capien=
tium vendere iubet et per hoc ſaluare et non occidere hoſtibus eni captis
et ſic in ſeruitutē redactis hoc ſeruandū eſt quod vtile et benignius
viſum eſt ſcȝ eos omnes ſeruari et non occidi. hoc enī benignitatis eſt.
ſed occidi crudelitatis. Ideo etiam dicta ſunt mancipia quia ab hoſtibus
manucapiuntur vt inſtitu. de iure perſo. et. ff. de ſta. homi. l. libertus.
Sunt etiam ſerui verne qui ſunt ex ancillis manentibus in domo. l. ti
tie textores. ff. de le. i. alii ſunt ſerui lecticarii qui faciunt lecticas. e. ti.

❡ Seruus ordinarius. dicitur qui aliis ſeruis eſt prepoſitus ſcȝ qui ha
bet alios ſeruos ſub ſe quibus preeſt et precipit eis quid vult.

❡ Seruus vicarius eſt qui ſeruo ordinario ſubminiſtrat.

❡ Seruus mediaſtinus vel medianus. eſt qui mediū gerit actum ſcili
cet qui nec eſt ordinarius nec vicarius ſed medius inter hos et illos cō
numerandos.

❡ Seruus librarius a libra dictus eſt ſcilicet qui ponderibus preeſt et
libere nummorū et permutatorū cuſtodiam habet in domo dnī ſui.

❡ Serui inſulani alias inſularii. ſunt qui retinentur in inſula / idest in
domo nec mittuntur in agros nec in villam. Domus autē inſula dici=
tur eo ꝙ inſunt ei habitatores licet inſula quandoqꝫ dicatur ī ſolo / idest
in mari ſita.

❡ Serui villici ſunt qui ad villam mittuntur.

❡ Serui victores ſunt quos quis victos habet preparandi cauſa.

❡ Serui cubicularii dicuntur qui lectum et cubiculū domini ſui pro=
curant qui vulgo camerarii vocantur a camera.

❡ Serui dedititii. dicuntur qui in morte liberi et in vita ſua ſerui ſunt
quorū libertas ſublata eſt. vt inſti. de liberti § libertinorū

❡ Serui latini. ſunt qui a dominis erant manumiſſi vt in vita eſſent
liberi et in morte ſerui et eorū bona tanꝙ ſeruorū ad dominos de vol=
uebantur. vt in. §. prealle. inſti. de liberti.

❡ Serui attriarii vel attrienſes ſunt illi qui attrii cuſtodiam faciunt.

❡ Seruus corruptus. dicitur ſeruus qui per alicuius inductionem fa
ctus eſt de bono malus vel de malo deterior ſcȝ in anima et corpore.

❡ Serui corrupti actio require ſupra actio.

❡ Seruiana et quaſi ſeruiana actio. Require ſupra actio.

❡ Seruus publicus. dicitur tabellio non quia ſeruus ſed quia publi=
cum exercet officium. ff de adop. l. non aliter.

¶ Seruus heres. Require ſupra de. H.

¶ Serui archarii. Require ſupra archarii.

¶ Seruus ordinatus poſtea reſtitutus domino gaudet canone ſi quis ſuadente. xvii. q iiii. nec matrimoniū ꝯtrahere poteſt poſt votum de cō uer. coniuga. quod quidam et hoc no. glo. liii. diſt. c. ii. nec iudicabitur a domino ſed ab epiſcopo. xcvi. di. ſi imperator.

¶ Sericopulate dicuntur veſtimenta que inſeruntur et texuntur ſeri=co vt in. l. ſi quis. C. de muneribus li. xi. ſecūdū accur.

¶ Seu eſt dictio diſiunctiua. C. de ſacroſanct. eccleſia. l. generali et a liquādo ampliat. ff. de auro et argen. lega. l. ſi quis ita. et ſecundū bar. in dicta. l. generali et notatur. lxiii. diſt. ego ludouicus et. lxxv. diſt. ca. vlti. in fi. et per archi. de io compe. in. c. i. li. vi.

¶ Siccarii. dicuntur homicide et interfectoreſ dicti a ſicca ferro vel cul tro. inſti. de pub. iudi. §. ſiccarii. etiam dici poſſunt ſiccarii qui alicuiuſ vite armis inſideantur de pe. diſ i. ſi quis cum telo et de homi. ca ſicut dignum in glo.

¶ Sicca eſt ferrum vel cultellus breuis ex vtraqꝫ parte ſcindens et acu tus quo maxime vtuntur qui apud ytalicos latrocinia exercent ſed eiuſ interpretatio eſt larga vt contineat telum lapidem lignū et quodlibet ferrum vt inſti. de pub. iudi. §. item lex. et. §. ſiccarii prealle.

¶ Signum quid ſit et quomō ſignum differt a ſacrificio de conſe. diſt ii. ſacrificiū et. c. ſignum et quomodo multiplex ſit ſignū vi. de conſue. c. ii. in glo. Et ſignum perditionis religioſi eſt quādo propter proprie tatem ſepelitur in ſterquilineo vt de ſta. mona. cum ad monaſterium.

¶ Sillabe error non nocet vt nota. de fi. inſtru. ex parte per glo.

¶ Signare. eſt aliquā formā vel ſignum alicui imprimere vel notam imponere vnde teſtamentū ſignare. i. notare debet quis vt notum ſit il lud quod inteſtamento ſcriptum eſt ſecundū yſi. li. v. ethi. ſed ſubſigna re eſt ſubſcribere. vt ſi teſtes vocati et rogati a teſtatore ſubſcribantur.

¶ Sigillatim. i. ſingulariter ita exponit hoſt. in. c. venerabili de teſti. et archi. in. c. preſentium. §. teſtes. e. ti. li. vi. facit ad hoc de preben. c. ad hoc licet et. lxxxix. diſt. c. ſingula in prin. Item in ſymbolo athana=ſii quicunqꝫ vult ſaluus eſſe.

¶ Significatio ſecundū azo. de ver. ſigni. proprie eſt demonſtratio fa cta proprio nomine rei de qua queritur attributo. ſed large ponitur ſi proprium nomē non interueniat ſed tamē res per aliud verbum quod

aliquo modo accedere poſſet ad oſtenſionem rei notificetur.

¶ Silentiarii. ſunt idem quod conſiliarii vel ſecretarii principis qui ſi lere debent et occultare pricipis conſilia vt. ff. de mino. l. verū glo. iii. l. illud. C. de coll.

¶ Siluacedua eſt que ad hoc vt credatur deputata eſt. et dicitur apta ce di quia facile ſuccreſcit.

¶ Siluapaſcua dicitur que paſcuis pecudū eſt aſſignata.

¶ Siluapalaris ex qua poli et podimente ſumuntur.

¶ Similitudo eſt rerū differentiū comparatio ſecundū boe. Et que ſi militudo ad ſpeciem vel genus referatur eſt glo. notabilis in verbo cu ram animarū in. c. non pōt de preben. l. vi.

¶ Simile. dici non pōt vbi diſſimilitudo ſubeſt. xxviii. q. i. ſicut enim et. l. iii ff. de iniuſto rup. teſta . et qualiter interpretetur hoc verbum ſimile vide. c. olim de ver. ſigni.

¶ Symonia ſecundū goff. eſt ſtudioſa cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi ſpirituale vel ſpirituali annexum quod ſpirituale cenſe tur ius enim percipiendi prouentus prebendales ſcilicet prebende vel ratione prelature ſpirituale non eſt ſed annexum ſpirituali ſcilicet cano nie propter res temporales que illo iure proueniūt ſcilicet vt fructus i. q. iii. ſi quis obiecerit ſic et ius patronatus dicitur annexum ſpiritua le propter quādam confederationē quia cadit in laycum a quo poſſide tur vt. c. de iure. e. ti. Et dicitur a ſymone mago qui fuit primus auctor huius ſceleris in nouo teſtamento. Ipſe enim voluit emere gratiā ſpi ritus ſancti a beato petro ſicut et giezi. in veteri teſtamento voluit gra tiam ſanitatis naamanſyro vendere vt. iiii. reg. v. Vnde ſymoniacus di citur proprie emptor ſpiritualium. ſed gyeziticus venditor eorūdem. i. q. i. qui ſtudet. Et ē ſymonia peccatum enorme reſpectu eius qui per ſymoniam beneficium acquiſiuit qui penitentiam agere non poteſt be neficio retento. vel dicitur enorme. i. in diſpenſabile quia diſpenſari nō poteſt cum ſymoniaco niſi beneficio reſignato ſicut in ſimoniaco in or dine contingit. vt. xiii. diſt. nerui. et ſymoniacus etiam occultus in or dine ſuſcepto qui vitioſum habet caractarem vt. i. q. iii. in quibuſdam ſuſpenſus eſt quo ad ſe et quo ad alios. i. q. i. reperitur etiam ſymonia ſola intentione abſq; pacto vel facto committi poteſt vt in. c. qui ſtudet prealle.

¶ Simbolum. eſt quadruplex quoddam apoſtolorū quod ſecundum

quoſdam theologos continet.xii.articulos fidei propter duodecim apoſtolos chriſti qui vna et eadem hora inſtinctu ſpiritusſancti ipſum cōpoſuerunt. vnde dicitur ſymbolum a ſyn quod eſt ſimul et bolus morſellus quia quiſq; apoſtolorū ſuum bolum.i.partem appoſuit ſecundum alios theologos verius eſt ꝙ principales articuli fidei noſtre ſunt tantum ſeptem ſecundū ꝙ tantū ſeptem ſunt dona ſpiritusſancti quos quilibet chriſtianus ſcire tenetur clerici explicite layci implicite vt patet de ſum.trini.c.firmiter in textu et glo. Aliud eſt ſymbolum maius ꝙ canitur in miſſa factum in ſynodo niceno propter grecos qui nō credebant ꝙ ſpiritusſanctus procederet ab vtroq;.ſed a patre tantū vt de conſe.diſt.v.c.vlti.et penul. Tertium ſymbolum eſt athanaſii ſcilicet.quicunq; vult ſaluus eſſe quod canitur in prima. Quartum ſimbolum eſt iuris.ſcilicet primus titulus de ſum. trini.et fide catho.vt ait iſi.vii.li ethi.c.vii.in quo id quod de fide catholica et ſumma trinitate in predictis ſimbolis cōtinetur confirmatur.et repetitur.

Simplex preceptum.eſt cum preter litis conteſt.iudex confeſſione partiū accedente aliquid precipit.ver.gra. ſi quis a reo in iudicio abſq; libello cum inſtrumento debiti petat decem et reus confiteatur de plano tunc iudex ſine alia cauſe cognitione vel cōmiſſione ſibi precipiet vt certo termino ſoluat.et hoc dicitur preceptū et nō ſententia quia ſentētia non dicitur niſi quādo ordo iudiciarius eſt ſeruatus.

Siliqua.eſt ſpecies monete et quarta pars aſſis. ſumitur etiam pro ſuperfluitatibus relictis vino expreſſo de vuis vnde. Miſcens ſe ſiliq̄s cibus vult fieri ſcroffis.

Sindicus.eſt procurator vniuerſitatis vel collegii pro certo ſalario ad iudicia conſtitutus ſcilicet qui cauſam vniuerſitatis agit vel defendit et dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens. Eſt enim ſindicus grece defēſor latine.nam officium eius eſt agere vel defendere nomine vniuerſitatis cauſas preſentes vel emergentes.vt.ff ꝙ quiſq; iuris in rub.et in glo.i.et in.c vnico. e.ti. et quando dicitur cauſa vniuerſitatis agi per procuratorē debet exponi.i. ſindicum vel actorē vt de procur.c.quia in cauſis et de iura calump.c cum cauſam.

Synodus ex greco interpretatur comitatus vel cetus et inter cetera concilia quatuor venerabiles fuerunt ſinodi que totam fidem complectuntur quaſi quatuor euangelia et quatuor ſimbola et totidē paradiſi

flūmina. Prima in cena tricenforum. xviii. epiſcoporum a conſtantino imperatore peracta qua damnata eſt plaſphemia arriane per fidei de in equalitate ſancte trinitatis nā ſecundū glo. dicebat patrem maiorem fi lio et filium maiorē ſpirituiſancto. Secunda centū quinquaginta patrū ſub theodoſio ſeniore conſtantinopolim condemnans macedonium negantem ſpiritumſanctum eſſe deum et cōſubſtantialē patri. ſed ſecundū glo. ſeruū patriſ et filii. i. q. i. eos qui. Tertia epheſma centum epiſcoporū ſub theodoſio iuniore que damnauit neſtoriū aſſerentē duas perſōas in chriſto. et beatam virginē non dei ſed hominis tantū genitricem. et hec oſtendit in duabus naturis vnam chriſti perſonam. Et dicitur prima ad differentiā ſynodi eue ſiue ſecunde que fuit reprobata diſt. xvi. quoniam ſancte. Quarta calcedonenſis quingentorū centū et triginta ſacerdotū ſub marceano principe damnans euthicem cōſtantinopolitanum abbatē verbi dei et carnis vnā naturam pronūtiantē ſcilicet diuinam poſt reſurrectionem diſt. xvi. c. ſexta et dyaſcoron eius defenſorē quondā allexandrinū epiſcopū et neſtoriū epiſcopū cū reliquis hereticis. de his eſt tex. ad litteram diſt. xv. c. canones et ſ. horū prior et ſecundū greg. in. c. ſequenti et de eiſdem gelaſius papa in. c. ſequenti. De his etiam vide textum. ſ. ſuſcipimus in epiſtola inter clares. C. de ſū. trini. et fide catho.

Si de proprio ſignificato importat condictionē nō tamē ſemper eā ſignificat. Vnde quandoq; facit diſpoſitionē condictionalē quādoq; executionē tantū. quandoq; ſignificat cauſā incertā. quandoq; certam. quādoq; euentū incertū nō condictionalē quia non ſuſpendentē. quandoq; accelerationē et quandoq; nihil ſignificat. exemplum primi ibi promitto vel lego ſi nauis ex aſia venerit vt in. l. itaq;. ff. ſi. cer. pe. ſecundi ibi iudex dicit do tutorem ſi ſatiſdederit. quia ſenſus eſt ꝙ pure datur. et imediate ſit tutor. ſed adminiſtrare non debet niſi prius ſatiſdederit vt. l. muto. ſ. hanc autē. ff. de tute. vbi dicitur. hanc autē conditionem ſi ſatiſdederit conditionē non facere ratio eſt voluntas proferentis. Nā tutor a iudice non poteſt dari ſub conditione. c. actus legittimi de re. iur. li. vi. etiam quia inuitus datur tutor. ergo nō ſtabit in volūtate ſua per condictionē. Nec iudices in decernendo ſolent facere iudicia ſua conditionalia. exemplū tertii lego titio ſi negocia mea geſſerit. Et eſt aliud exprimere cauſam per quia et aliud per ſi. Nam per quia exprimendo fal

ſa cauſa non viciat. ſed per ſi viciat. l. demonſtratio. ff. de condi. et demõſtra. niſi aliud appareret ex voluntate diſponentis. Etiam quandoq; ſi capitur pro quia vt ibi ſi deus eſt quia hoc ſubiecta materia et fides catholica habet ꝙ deus creator eſt omniũ certitudinaliter. Quarti quando ille euentus eſt de preſenti vel de preterito vt ibi promitto vel lego ſi rex eſt pariſius vel fuit tali die vbi euentus eſt diſponentibus vel diſponenti incertus non tamen conditionalis quia non ſuſpendit. nam actus purus ſtatim valet vel non valet vt. §. fi. inſti. de verbo. obliga. et ſic accelerationẽ ſignificat. etiam quandoq; nihil ſignificat vt ibi promitto ſi talis morietur ar. l. pupillus. §. qui ſub conditione. ff. de noua. et delega quia non poteſt ſignificare conditionem que de euentu futuro incerto. Sed quia nihil certius morte ergo materia ſubiecta non patitur. dicit tamẽ bar. ꝙ in vltimis voluntatibus operatur conditionẽ dicendo lego ſi heres morietur vel ſi ſempronius morietur non ex eo ꝙ mors ſit incerta. ſed an legatarius morietur anteꝙ̃ heres vel ſempronius allegat. l. quibus diebus. §. cuidam titio. ff. de condi. et demõſtra vbi dicitur ꝙ legatum tale ſi mater tua morietur eſt conditionale. petrus dicit contra ꝙ eſt purum. Et ſi intextu allegato debet ſumi pro cũ quod ſignificat principaliter tempus et per conſequens conditionẽ. Itẽ nihil ſignificat vt ibi promitto ſi volueris lego ſi heres voluerit. l ſub hoc. ff. de acti. et obli. quia actus in voluntate obligandi eſt. et ſic nulla diſpoſitio vel reſtrictio fit niſi diſponẽs videatur decidere. l. ſi ita expreſſit. ff. de condi. et demonſtra.

¶ Si non dederis. hoc complexum ſic applicatum duobus ab eodem ſtipulantibus vel per pactum ſibi acquirentibus dicendo tu promittis mihi petro ſi non dederiſ hynrico et hynricus ſimiliter dicat tu promittis mihi hynrico ſi non dederis petro cappam tuam. ſenſus huius dictionis eſt ꝙ altero litem cõteſtante deficit conditio per alterum appoſita. Et exiſtit conditio per ipſum appoſita ſuper re ſibi data vt in. l ſi titius ff. de ver. obli. ratio eſt voluntas proferentis ſumpta ex hoc ꝙ ille non vult rem habere in caſu in quo iſte habebit. Item ibi promittis mihi ſtichum et ſi eum non dederis promittis mihi. x. nomine pene vel loco eius ſignificat ꝙ ſi non detur ſtichus cum poteſt dari ſic ꝙ eſt in mora dandi exiſtat conditio et ſtipulatio ſiue conuentio penalis que per dationem. x. comittitur ſiue purificatur vt. l. ſtipulatus. §. i. ff. de ver. obli

ratio eſt voluntas proferentis ſumpta ex hoc q ſtichus eſt in obligatōe primo deductus pure. Et per hoc agitur eum dari cum poterit et promiſſor interpellabitur dare et ſic de aliis. Finaliter autē ſemper ad mentem diſponentis recurrendū eſt quia ſepe cōtingit q vna dictio vel oratio per vnum capitur in vno ſignificato et per alium in alio. ſunt ergo circumſtantie attendende per quas mens proferentis declaratur vt ſūt qualitates perſone ꝛc.

¶ Si capitolium nō aſcenderis ſi titio non nupſeris. ſi nauis ex aſia nō venerit. hec conditio per cautionē impletur prout teſtatorē voluiſſe cōcluditur ſicut conditio per illum modū deficit vel exiſtit per quem deficere vel exiſtere proferens intelligit prout ex conditionis ſignificato proprio vel alio perſonali medio concluditur ex euentu vel defectu.

¶ Si non valet hoc iure valet illo. ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorū ꝛc. Hec clauſule ſignificant ſi non pōt valere ex defectu ſollennitatis vt teſtamentū ſcilicet q non ſunt. vii. teſtes vel non ſigillauerunt eodem contextu valeat iure codicillorum ſi ſint quinq teſtes quia diſponens hoc voluit et lex admittit. ſignificat ergo dictio ſi appoſita his verbis vel aliis quod voluntas diſponentiſ declarata ex verborū ſignificato vel alias quouis modo dictat.

¶ Si peperit hec dictio ſi applicata verbis diuerſimode ſignificat prout diuerſimode applicatur. ver. gra. dicendo ſi tres peperit liber eſto ſignificat q partus quartus ſit liber vt. l. aretuſa. ff. de ſta. homi. ſi ergo vnum primo peperit et ſecundo tres ex eodē vtero vel primo duos et ſecundo duos ex eodē vtero. tūc qui quarto naſcitur eſt liber nec pōt dici q duo ſimul naſcuntur. quia natura hoc non patitur vt in. l. aretuſa. prealle. alii dicunt ſi naſcitur maſculus et femella maſculus preſumitur primo natus quia fortior. ſed hoc eſt incōtrarium quia femina citius pubeſcit et perficitur. alii dicūt q omnes erunt liberi. l. cum mater. §. fi. ff. de fideicōmiſ. liber. ſed hec non fuit mens teſtatoris ergo primum dictum melius.

¶ Siue euenerit ſiue non euenerit. Hee orationes de ſe ſunt cōtrariorum caſuum et tamen coniuncte ſignificant puritatē ſcilicet q actus q diſponitur his verbis ſit purus. Et ſumitur ſignificatum ex hoc q certum eſt alterum caſuum euenturum. et ſic diſpoſitio redditur pura fa=

cit lex ꝙ ſi petente. §. vlti. vbi habetur ꝙ venditio facta hoc modo ſiue
nauis ex aſia venerit ſiue non eſt pura vt. l. pupillus §. qui ſub condi
tione. ff. de noua. vbi habetur ꝙ qui ſtipulatur ſub conditione omnino
extitura pure ſtipulatur vt. l. itaq;. ff. ſi cer. pe. vbi conditio dicitur cū
incertum confertur. Et ſic patet ꝙ hec conditio non reddit actum condi
tionalem de perſe ſed hec oratio applicata diſpoſitioni vltime volunta=
tis eam reddet conditionalem. vt. l. huiuſmodi. ff. quā dalec. vbi di
citur ꝙ legatum hoc modo factum ſiue illud factum fuerit ſiue non eſt
conditionale. et intellige ſiue non fuerit infra certum diem ne in infi=
nitum expectetur. Et licet certum ſit alterum caſuum euenturū tamen
incertum eſt an viuente legatario vel non. et hec incertitudo facit con=
ditionē in vltimis voluntatibus fa. lex. i. ff. de condi. et demonſtra. ſe=
cus ſi in contractu qui iure tranſmittitur ſiue factum exiſtat ſiue non
ergo contractus factus cum ille morietur nō eſt conditionalis ſed in di
em. l. nam et ſi moriar. ff. de condi. et demonſtra. et ſumitur in his ſi=
gnificatum ex communi modo intelligendi niſi aliud certe apparet ex
voluntate teſtatoris vel contrahentium.

¶ Sobrini et ſobrine. dicuntur qui vel que ex patruelibus fratribus
vel ſororibus conſobrinis vel amicis progeniti vel progenite ſunt.

¶ Sobrinus propior et ſobrina propior. ſunt patrui magni vel amite
magne filii filie ve. et ſobrinus naſcitur ex ſorore.

¶ Socer. eſt pater mariti vxoris in. l. ſicut autem. ff. de re. iudi. etiam
eſt pater vxoris mariti vt. e. l.

¶ Socrus. eſt mater mariti vxoris. proſocer proauus et proſocrus
proauia mariti.

¶ Societas Require ſupra actio pro ſocio. Nam vera ſocietas frater
nitatem inducit vt in. l. verum. ff. pro ſocio.

¶ Solutio. ſecundū goff. eſt rei que debetur redditio inſti. quibus mo.
tolli. obli. in princi. vel large eſt ab obligatione liberatio. et alia eſt na
turalis ſiue vera que fit per redditionē eius quod debetur. alia ciuilis
ſiue ymaginaria. Et fit multipliciter per nouationem delegatiōnē ac=
ceptilationem vel compenſationem de quibus in locis ſuis.

¶ Soluendo eſſe. eſt habere vnde ſoluat vel vnde ſoluere poſſit in ſoli=
dum per ſe vel per alium ff. de ver. ſigni. l. ſoluendo et ſic dicitur quis
eſſe ſoluēdo. ecōtra nō ſoluēdo dicitur ille qui ſoluere nō poteſt.

¶ Sollennitas. ſumitur pro actu reali vt ſollennitas ſtipulationis dū quis fideiubendo ſe obligat interrogatione precedente et reſponſione ſequente inſti. de fideiuſ. §. fi. Et hoc eſt notandū pro intellectu huius ſi ſcriptum reperiretur aliquē fideiuſſiſſe ſub hoc verbo ſignificatur ſollēnitas ſtipulationis niſi fieret in patria tali in qua efficax ē ſimplex promiſſio. ſimiliter in auctentico inſtrumento ſi reperitur ibi ſcriptum aliquem promiſiſſe ſub hoc verbo includitur ſollennitas ſtipulationis. l. i. C. de vſur. et. § ſi ita ſcriptum inſti. de inuti. ſtipu. Et ſumitur ſignificatum ex ſollennitate inſtrumenti quod ſignificat actum ibi contentū ſollenniter factum. etiam ex parte notariatus quia notarii non redigūt inſtrumēta in ſcriptis publicis. niſi de actibus coram eis ſollēniter celebratis alias promiſſio non facit de ſe ſollennitatē ſtipulationis. ſecus de fideiuſſione dum ſaltem apparet inquātum pro quo et penes quē. alias etiam nulla eſſet fideiuſſio. l. cum de indebito ff. de proba. §. fi. iuncta l. i. de fideiuſ. et ſic de aliis in quibus includitur ſollennitas vel non.

¶ Solus. eſt cui nullus eſt contrarius diſt. viii. ſi ſolus chriſtus audiēdus eſt non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendū putauerit et. viii. q. i. ſciendū in fi. ſola eſt que fidei poſſidet meritū obediētia

¶ Solum idem eſt ꝙ terra. vnde. Sit tibi terra ſolum duo poſſunt vincere ſolum vbi primū eſt ſubſtantiuū neu. ge. ſecundū adiectiuū. malgeneris vnde dicitur. Quicquid plantatur ſeritur vel edificatur. Omne ſolo cedit radices ſi tamen egit inſti. de re. diui §. cum in ſuo.

¶ Solidum. idelt firmum. et componitur cum ī vt inſolidū/ ideſt quilibet eorum per ſe ſolum. vnde locum habet in promiſſionibus ſtipulatione vallatis que ſtipulatio accipitur per verba futura vt inſerit inſolidum ſe daturos vel ſeruaturos.

¶ Sors. eſt ars diuinandi. diuinatio autem proprie in malo ſumitur. Item etiam ſors idem eſt quod ſortilegiū vt c. i. de ſorti. Item ſors eſt portio hereditatis eo ꝙ per ſortes ſolent diſtingui hereditatum portiones de preben. cum ſecundū apoſtolum. xxi. diſt. cleros. ſumitur etiam pro fortuna vel euentu. xxvi. q. ii. ſors. Item pro capitali capitur vt de vſuris. c. i. et. ii. et de hoc vide glo. in prohemio cle. in verbo ſortis.

¶ Sortilegium. eſt quando aliquid per creaturam diuinatur et ſpecieſ
diuinationis numerantur. xxvi. q. iii. c. igitur et. e. q. v. epiſcopi. et. c.
nec mirū. etiam omnis diuinatio quocunqꝫ modo fiat et qualitercunqꝫ
vocetur eſt prohibita et damnata vt. xxvi. q. v. per totum.

¶ Sortilegi vel ſortilegiſte ſunt diuinatores vel iſti qui ſub nomine fi
cte religionis per quaſdam quas ſanctorū vel apoſtolorum vocant ſor=
tes vel diuinationes, ſententiam vel ſcientiam profitentur ſiue diuinati
onis aut quarumcunqꝫ ſcripturarum inſpectione futura promittunt vt
xxvi. q. i. c i.

¶ Sotulares. dicuntur quaſi ſubtalares a ſub et talo. et aliud ſunt to=
ti genus calciamenti vt in cle. ne in agro de ſta. mo.

¶ Spectacula. ſunt que fiunt in loco vbi ludebant traiedi et comedi vt
dicunt greci et habetur in auten. de conſulibus, et ſpectaculū prohibi=
tum eſt prout importat effuſionē ſanguinis. C. de gladia. l. i. li. xi. et. l
legatum. ff. de vſu. et vſufruc. ſed ludi permittebantur ad letificationē
populi vt comedie et ſimilia l. i. ii. et. iii. C. de ſpecta. li. xi.

¶ Specus eſt altus locus ſupra terram per quem ducitur aqua. ff. de
riuis. l. i. §. ſpecus. Item ponitur pro foſſa qua colligitur aqua et eſt
ampla et rotunda. ff. de aqua plu. arcen. l. ſupra iter. ibi glo. ponit dif=
ferentiam inter ſpecus et cuniculum vide ſupra. C.

¶ Species ſignificat terminū ſignificatiuū plurium differentium nu
mero vt homo ille terminus ſignificat omnes homines inter ſe diffe=
rentes numero qui terminus homo ſignificatur per hoc nomen ſpeci
es prout eſt vnum de quinqꝫ predicabilibus. ſed ſecundum legiſtas ſu=
mitur ſpecies quandoqꝫ pro indiuiduo vt ſeyus ſtichus fundus corneli
anus dicitur ſpecies prout ex ſignificato vel quouis alio medio conclu
ditur proferentem ſignificare voluiſſe vt ſi dicat teſtator titio lego om
nes ſeruos ſeyo lego ſtichum ibi ſeyus in ſticho prefertur. l. vxorem.
§. feliciſſime. ff. de le. iii. nam ſpecies expreſſius legatur ꝙ genus et le
gatum ſpeciei preualet et aliquid ſignificat et operatur. ſimiliter ibi le
go titium vnum de ſeruis meis ſeyo lego ſtichum ſeyus in ſtichū pre=
fertur. l. cum ita. §. i ff de op. et elec. lega. non obſtan. l. ſi heres. §. i
e ti quia ibi optauit de facto ſed ibi lego titio fundum ſemproniū ſeyo
eiuſdem fundi vſufructum ſeyus in vſufructu non prefertur ymmo i
ter vtrunqꝫ communicatur. l. ſi alii. ff. de vſufruct. lega. Sed ſi iudex di

uidendo dicit titio aſſigno fundum ſempronianum ſeyo eius vſufructū ſolus ſeyus habebit vſufructum. l. et puto. §. i. ff. fami. her. ratio eſt voluntas iudicis ſumpta ex natura diuiſionis qua agitur recedi a com=munione. nam ſi vſufructus remaneret communis non fieret diuiſio nec recederet a cōmunione. Et hec diuiſio et ſententia iudicis eſſet et idē ter iniqua qua in fundo eque vni adiudicaretur tota proprietas et cum hoc pars vſufructus. ideo ſumitur intellectus talis ꝙ vnius ſit propri etas et alius vſufructus quia hic nulla apparet inequalitas. Item ibi te ſtator legat omnes ſeruos cuidam non capaci puta deportato et ſtichū ſeruum titio capaci titius habebit ſtichum nec derogatur legato gene=ris per legatum ſpeciei quia legatum generis nullum eſt ipſo iure. et ſic ei non derogatur vt. l. nam et ſi. ff. de iniuſto rup. et irri. fac. teſt. v bi quod nullum eſt rumpi non poteſt. Item ibi papa concedit gratiam alicui ad primum beneficium vacaturū in prouintia. alii ad primū va caturum in dyoceſi etiam prior prefertur ad primū vacaturū in dyoce ſi propter ius prius acquiſitum priori cui papa per ſecundā gratiā nō vult derogare. Nam papa ſpecifice nominat dyoceſim ad ipſius gratie reſtrictionē vt in illa dyoce. gratia tantum habeat effectum. Etiam quia hec gratia poteſt habere effectum abſq; hoc ꝙ deroget gratie generali. ſecus in legatis vbi omnes ſerui vni legantur et alteri ſtichus legatur quia niſi derogetur legato generis legatum ſpeciei non habebit effectū et nihil operabitur.

Sperant ideſt putant inſti. qui et a qui. manumitte. non licet. §. in fraudem. ver. ſepe.

Spoliatio. eſt a poſſeſſione rei immobilis violenta et iniurioſa deie=ctio vel rei mobilis ablatio. dicitur violenta quia ſi quis ſponte poſſeſſi onem ſuam renuntiauerit vel abiurauerit locum non habebit ſpoliatio et per cōſequens reſtitutio. Nam reſtitutio ſpoliatorum eſt ablatorū in iudicio reintegratio. et quia credendū canones loqui ſano intellectu ſpoliatus intelligitur in caſu quo criminaliter accuſatur qui tota ſua ſubſtantia vel maiori parte ipſius ſe per violentiam deſtitutum affir=mat quia nec nudi contendere nec inermes inimicis nos opponere de=bemus. habet enim ſpoliatus priuilegiū vt non poſſit exui iam nudatꝰ vt eſt tex. in. c. frequens de reſti. ſpoli. li vi. vnde. Cantabit vacuus co=ram latrone viator vide goff. in ſumma de reſti. ſpoli. vbi predictā dif

finitionem ſpoliationis ſubtiliter declarat.

¶ Sponſus et ſponſa ſunt qui inter ſe de futuris nuptiis promittunt per verba de futuro a ſpōdeo ſic dicti/ideſt promitto vt.l.iii.ff.de ſpō.

¶ Sponſa.dicitur etiam quā pater ſpondet alicui futuram ſponſam ſeu vxorem vt.l.ii.ff.e.ti.

¶ Sponſalia ſunt futurarū nuptiarum conuentio et repromiſſio.ff.e.ti l.i.et.xxx.q.v.noſtrates. et ita iſte conſenſus eſt de futuro matrimonio. Conſenſus vero nuptiarum eſt de preſenti matrimonio. Sed dicit placen.eundem eſſe conſenſum ſponſalium et nuptiarum.Sponſalia autem dicta ſunt a ſpondeo. nam moris fuit veteribus ſtipulari et ſpondere ſibi vxores futuras vt.l.ii.ff.e.ti. Inde ſponſa ꝙ a populo facta eſt et certa ſtipulatio poteſt interuenire ſed non eſt neceſſaria. Et nota ꝙ ſponſalia diſſolui poſſunt pluribus modis ſecundū io.an. in tractatulo ſuo ſuper quarto decretalium et nota ſuper rub.de ſpon.

¶ Sponſalitia largitas.dicitur quod dat ſponſus ſponſe ſine animo tamen recumpenſandi ſed omnino gratis vel econuerſo et iſta donatio dicitur contractus iure ciuili Et illorum ſunt quatuor ſcilicet ſtipulatio litterarum obligatio contractus emphiteoticus et ſponſalicia largitas vt in §.ius autem gentium inſti.de iure na.gen.et ciuili.in glo.ſuper verbo pone.

¶ Sportule.ſunt ſalaria apparitorum vel ſecundū azo.e.ti.forte apparitores iſta non ſibi ſed pro fiſco recipiebant.et illa reponebantur in ſporta vel in aliquo ſimili vaſe vt corbe in quo conſueuerūt aliqua portari et ita ſub tuta cuſtodia fiſco conſeruabantur et ſic cōtinentia ponūtur pro contentis vt.C.de ſpor,et ſump.l.iii.in rubri.

¶ Spurius.eſt filius ex inceſtuoſis nupticiis natus et dicitur a greca voce ſporas quod eſt vulgo conceptus vel ſine patre nomen ſumpſiſſe vt.ff.de ſta.homi.l.vulgo concepti.vel eſt natus de concubina vt de renunt.c.niſi cum pridem.§.perſone vero in glo. que diſtinguit nochū ſpurium manſerem et naturalem.

¶ Stabularii.dicuntur qui aduocatis hoſpitibus et ſtabulis proponūtur a ſtabulis ſic dicti. Qui vero ſic receperunt hoſpites et ſine equis vocantur caupones.

¶ Stationarii. dicuntur milites qui vt alicui teneant ſtationem ſunt conſtituti poſſunt etiam dici librorum venditores quia ſtationem faciunt pro libris vendendis. Item dicuntur elemoſinarum queſtores in. c. cum ex eo de pe. et remiſſi vbi prohibetur talibus predicare et ponitur ibi forma de verbo ad verbum eorum que tales dicere debent populo.

¶ Stadium eſt octaua pars miliariſ ytalici quod vt hyſtoriace refertur hercules vno anhelitu currebat et poſtea ſtabat. et eſt ſpacium centum et trigionta paſſuū ſecundū azo. inſti. de re. diui. §. vniuerſitatis in glo. ver. ſtadia.

¶ Status. eſt conditio hominis in qua vt plurimū pōt. vt ait plato.

¶ Status liber. eſt libertas conceſſa ſub conditione vt dicendo lego ſeruo meo libertatem ſi nauis ex aſia venerit. l. i. de ver. obli. ff. ꝛc.

¶ Statuimus bene ſignificat ſententiam diffinitiuā vt. c. in hiſ de ver ſigni. Et importat communiter nouū ius ſecus decernimus et innouamus vt in. c. decernimus de iudi. et. c. innouamus de treu. et pace. Nā decernimus diſcuſſionem dubii innouamus antiqui iuris renouationē et ſtatuimus noui iuris promulgationem importat.

¶ Statutum. eſt ius ab homine poſitum vel diſpoſitio ex qua ius producitur inſti. de iure na. gen. et ciui. et ſignificatur ius ſtatuti ex verbiſ in ſtatuto poſitis que ſignificant quod ſonant aut ſtrictius aut extenſius. vel aliter prout obſcuritas eorum declaratur ſeu quouis medio probabili concluditur. Nam in quibuſdam ſtatutis verba clare ſumuntur in ſuis propriis ſignificatis non reſtringendo nec extendendo. vt ibi ſtatutum imperatoris dicit ꝙ iudex qui dimittitur ab adminiſtratione nō ſoluat pecunias vſure ab eo debite nec ab eo exigantur nec a fideiuſſore. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa ꝛc. Quandoqꝫ autem reſtringūtur verba ſtatuti vt ibi ſtatutum eſt ꝙ vir ſi manumiſerit ſeruū dotalē de volūtate mulieris teneatur mulieri ſoluto mrīonio reſtituere quicquid peruenerit ad ipſū a liberto. et etiā heres eius ſi ad ipſū peruenerit ī quo ſtatuto ſolū ꝯprehenditur vir et heres eius. ſꝫ nō ſocer pater viri l. ſi vir. §. de viro ff. ſolu. matri. Quādoqꝫ ſigīficat extēſius. ver. gra. ſtatutū ē ꝙ ꝯductores domorū habitent ī illis et nō ꝯducāt alius nec

alios ſecum in domo ꝯducta pro precio vel gratis teneant. vir conduxit
domum taliter certe extenditur quod poteſt inhabitare cum vxore.
et familiā ſua tota. nec facit contra ſtatutum vt. l. ſi ita ſtipulatus fuero
ff. de ver. obli. bar. hic decidit hanc queſtionē ſtatuto cauetur ꝙ quicun
ꝙ fecerit effundi ſanguinē in palatio capite plectatur barbitonſor fleu
botumat aliquem ibi an incidat penam. Et dicit ꝙ non quia ſtatutum ī
telligitur quicunꝗ iniurioſe ꝛc. etiam pena non debet imponi niſi pro
delicto. ſed barbitonſor in tali caſu non committit delictum igitur ꝛc.
niſi appareret de mente ſtatuentis ꝙ vellet prohibere de ſe licitum pu=
ta effundere ſanguinem etiam licite per fleubothomia propter loci ho
neſtatem. Nam tunc bene ſtaretur verbis ſtatuti. et ſic contra faciens
incurreret penam damni vel non lucri appoſitam. Si autem ſtatutum
velit prohibere de ſe licitum in dubio non eſt tenendum niſi clare hoc
pateat. Et predicta intelliguntur de extenſione vel reſtrictione vltra ꝙ̄
verba ſignificant de ſe. Si autem verbum habet plures ſignificationes
tunc illa eligitur ꝙ̄ eligendam ſignificatum verbi declarat vt quando
lex dicit naturales filios eſſe in poteſtate patris intelligitur de natura=
libus et legittimis quia aliis legibus declaratur ꝙ filii naturales tantū
non ſunt in patria poteſtate. Et nota ꝙ ſignificatio propria verbi dici=
tur illa in qua communiter capitur ipſum verbum vt in. l. labeo. ff. de
ſuppel lega Item ſtatutum imponens penam pecuniariam pro adul=
terio vel homicidio pro quibus eſt pena mortis de iure communi vtrū
valeat archi. in c. duo iſta nomina. xxiii. q. iiii. et in. c fina. ne. cle. vel.
mo. li. vi. Et hoſti. et io. an. in. c. fi. de conſue. deſcindunt ꝙ non valet
quia ꝯſtitutio debet eſſe iuſta equa et vniuerſalis. iiii. diſt. c. erat autē
lex / ſed iſta eſt iniqua quia per eam datur occaſio facile delinquendi. l. ſi
vnus §. illud vero. ff de pact. c. quemadmodum et. ca. et ſi chriſtus.
verſicu. quedam enim de iureiur. nil enim magis appetimus ꝙ̄ ſatura
re voluntatem noſtram cum poſſumus. Cum ergo quis ſcit ſe pro ho=
micidio non moriturum citius facit nec ſuam culpam pertimeſcit cū
ſperat poſſe redimere eam bal. ſolus apud legiſtas. in. c. i. §. iniuria de
pace infir. in vſi. feu. dicit ſine aliqua allegatione hoc ſtatutū inualidū
eſſe quādo īponit penā pecuniariā paruā et ſic nō ꝯtēptibilē alias ſecus
et nihil allegat ſed ludo. de roma probat per tex. in. §. pena inſti. de in
iur. vbi dicitur ꝙ valida erat. l. xii. tabularū olim que propter delictuꝫ

imponebat penā pecuniariā et hoc propter magnā veterū paupertatē. Item allegat glo. dicentem qui ruſtico aufert porcum aufert ſibi ocu= lum. l. illicitas. ff. de offi preſi. Item ruſtici non audent optare pecu= nias in comitatu florentino vt l. domini prediorum. C. de agri. et cen ſi. li. xi. Item ſtatuta communiter fiunt ꝙ qui ſteterit in ciuitate per tot annos efficitur ciuis. quod ſi non ſteterit continue ſed pro maiori parte temporis an locum habeat ſtatutum tex. eſt ſingularis in. l. cum de lamonis. §. ſabinus. ff de fundo inſtruct. inſtru. ꝗ lega.

